

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Lüderi Menckenii, IC. Facult. Iurid. Lipsiensis Ordinarii  
Tractatio Synoptica Institvitionvm Iuris Iustini nearvm  
Theoretico-Practica**

**Mencke, Lüder**

**Lipsiae, MDCCXXXV**

**VD18 11839880**

**Tit. XIX. De Fiduciaria Tutela.**

**urn:nbn:de:gbv:45:1-18253**

## §. I.

**T**utela legitima Parentum Patri ad Exemplum Patroni in Liberos impuberis ab ipso emancipatos defertur. §. Un. 3. h. Ea Hodie videtur recessisse ab Uso. a. N. 118. c. 2. 4. 5. & R. l. 1. a. 23. Pro Affini agnoscit Administrationem Patri Ju-  
re Patriæ Potestatis (in Quartierlicher Gewalt) competentiam. l. 1. C. d. bon. mat. l. 6. C. d. bon. quæ lib. & Tutelam Fiduciariam; illa est: vi cuius Pater, citra Confirmationem Magistratus & Obligationem ad Inventarium conficiendum Rationesque reddendas, l. 8. §. 4. C. d. bon. quæ lib. j. Dec. El. 21. bona Liberorum Adventitia admi-  
nistrat, agit excipitque.

TIT. XIX.  
*De Fiduciaria Tutela.*

*Filiifam. a patre manumissi pater tutor est legitimus:  
eo vero defuncto, frater tutor fiduciarius  
existit.*

*Ex Ulp. d. 1. 3. §. ult. Et Modest. l. 4. de leg. tuz.* **E**st & alia tutela, quæ fiduciaria appellatur. Nam si pater filium, vel filiam, nepotem, vel neptem, vel deinceps impuberis manumiserit, legitimam nanciscitur eorum tutelam. Quo defuncto, si li-  
beri virilis sexus ei existant, fiduciarii tutores filio-  
rum suorum, vel fratris, vel sororis, vel cæterorum  
efficiuntur. Atqui patrono legitimo tute-  
rulo, liberi quoque ejus legitimi sunt tutores; quo-  
niam filius quidem defuncti, si non esset a vivo patre  
emancipatus, post obitum ejus sui juris efficieretur:  
nec in fratum potestatem recideret, ideoque nec  
in tutelam. Libertus autem, si servus mansisset,  
uti-

utique eodem jure apud liberos domini post mortem ejus futurus esset. Ita tamen hi ad tutelam vocantur, si perfectæ sint ætatis. Quod nostra Constitutio in omnibus tutelis & curationibus obser- vari generaliter præcepit.

\* v. l. fin.  
C. de legit.  
tutela.

§. I.

**T**utela fiduciaria ob singularem Fiduciam Cognatis certis (non eorum Liberis) deferatur, §. Un. J. b. & Jure Novellarum N. 118. c. 4. s. §. Un. Saxonicoque Usu destituitur. a. 2 R. l. l. a. 23. I. h.

TIT. XX.

*De Attiliano Tuteore, & eo, qui ex Lege Julia & Titia dabatur.*

*Jus antiquum. Si nullus sit tutor.*

**S**i cui nullus omnino tutor fuerat, ei dabatur, in Urbe quidem a prætore urbano, & majore parte Tribunorum plebis, tutor ex Lege Attilia: in provinciis vero a Præsidibus provincialium ex Lege Julia & Titia.

*Si spes fit futuri tutoris testamentarii.*

1. Sed & si in testamento tutor sub conditione, Ex Ulp. l. aut ex die certo datus fuerat; quamdiu conditio, II. pr. ff. ds aut dies pendebat, ex iisdem Legibus tutor alius interim dari poterat. Item si pure datus fuerat; quamdiu ex testamento nemo heres existebat, tamdiu ex eisdem Legibus tutor petendus erat, qui definebat esse tutor, si conditio existeret, aut dies veniret, aut heres existeret.

*Si tutor ab hostibus captus fit.*

2. Ab hostibus quoque tuteore capto, ex his Legibus tutor petebatur: qui definebat esse tutor, si 1. & 2. ff. d. F 4 is, legit. tut.